

6290.

4^o Jure. 6290.

4^o Jus
6290

DISSERTATIO
JURIDICA INAUGURALIS
DE

EXECUTIONE,

ET

LEGITIMO MODO EXEQUENDI

Tam in Supremis Imperii Dicasteriis, quàm subordinatis
Judiciis ex præscripto Legum Fundamentalium Imperii, Juris
Canonici, Civilis, & Provincialis Franconici usitato.

QUAM

AUSPICE DIVINO NUMINE,

ET PATROCINANTE

S. JOANNE NEPOMUCENO

ANNUENTE INCLYTA FACULTATE JURIDICA

ALMÆ UNIVERSITATIS WIRCEBURGENSIS

Annexâ Semicenturiâ Selectissimarum ex universo Jure Quæstionum
SUB PRÆSIDIO

PRÆNOBILIS, CLARISSIMI, ET CONSULTISSIMI VIRI, AC DOMINI

D. LEONARDI CARLIER,

U. J. D. Reverendiss. & Celsiss. Principis Episcopi Bam-
bergensis & Wirceburgensis, Franciæ Orientalis Ducis, Con-
filiarii Aulici, ejusdemque in Alma Julio-Fridericiana Wirceburgensium

Universitate Pandectarum Professoris Publici & Ordinarii,

Tribus rigorosis Examinibus ritè examlatis

PRO SUPREMA IN UTROQUE JURE LAUREA CONSEQUENDA

Publicæ Disputationi subjecit

GEORGIUS ANTONIUS BEHR, Kizingensis, AA. LL.

& Phil. Magist. J. U. Candidatus Emeritus, AUTHOR & RESPONDENS.

IN CONSUETO AUDITORIO JURIDICO.

Horis ante & post meridiem consuetis die 17 Februarii Anno MDCGXXXVII.

WIRCEBURGI, Typis Joannis Jacobi Christophori Kleyer, Universitatis Typographi.

3

*PLURIMUM REVERENDIS,
ILLUSTRISSIMIS
AC PERILLUSTRIBUS DOMINIS,
D. JOANNI PHILIPPO HENRICO
ab & in EHRTHAL,
Equestris Ecclesiæ Combergensis
Decano, & Seniori.*

*D. JOANNI FRANCISCO WOLFF-
GANGNO DAMIANO*

S. R. I. Comiti ab OSTEIN, Scholastico.

*D. FRANCISCO CHRISTOPHORO
ab HUTTEN in Stolzenberg Cantori.*

*D. JOANNI PHILIPPO L. B. ab
HOHENECK.*

*D. DIETERICO CAROLO
ab EHRTHAL Custodi.*

*D. PHILIPPO ADOLPHO WIL-
HELMO ab HEDERSDORFF.*

*EQUESTRIS ECCLESIAE
COMBERGENSIS*

CAPITULARIBUS

*DOMINIS DOMINIS AC MECÆNATIBUS
MEIS PERQUAM GRATIOSIS.*



PLURIMUM REVERENDI,
ILLUSTRISSIMI,
PERILLUSTRES AC PERQUAM
GRATIOSI
DOMINI, DOMINI.

Quod primum est in Intentione, hoc ultimum
solet esse in Executione; intendebam ego
sapius, & anxie apud me deliberabam, quâ
ratione animum ostenderem gratum, &
beneficiorum memorem, quibus meum parentem,
quamdiu vixit, prosequi, vestrisque in servitiis ad
extremum usque vitæ Spiritum tolerare haud dedi-
gnati estis, at occasio, ut tanquam paterni obsequii
heres Intentionem meam exequerer, hucusque defuit,
qua modo se offert, dum Inauguralem hanc de Exec-
utione Dissertationem primum studiorum meorum
factum ILLUSTRISSIMIS NOMINIBUS VE-
STRIS inscribere mihi permissum, exiguum quidem
munus, grati tamen, & Devotissimi animi pignus
ac tessera, imitatus sum conditionem eorum, qui
congruis destituti muneribus aliud non agunt, quam
ut beneficia agnoscant, publicè depradicent, benefacto-
ribus

*ribus debitores Deos delegant, ut loquitur Seneca
grāvissimus ille Stoicus, precenturque, ut illi pro se
gratiam referant, accipite igitur exiguam hanc Di-
sputationis opellam serenâ fronte, hosque meos cona-
tus gratiosè ac benevolè intueri non dedignemini,
donec ad altiora audenda vires suppetant, quod su-
perest, Deum Immortalem ardentissimis precibus im-
plorabo, ut vos vestrasque illustrissimas familias in-
columes, florentesque pro salute boni publici, & præ-
cipuè Ecclesiæ Catholicæ incrementum in seram usque
posteritatem seruet, omnique felicitatis genere sem-
per frui Clementissimè largiatur, qui vivam, donec
vixero*

**Plurimum Reverendarum,
Illustrissimarum, Perillu-
strium, ac perquam Gra-
tiosarum Dominationum
Vestrarum**

Devotissimus Servus

GEORGIUS ANTONIUS BEHR,
Kizingensis.



CAPUT I.

De Executione in genere, ejusque Causa efficiente, & Objecto.

§. I.

De Etymologia, & Definitione Executionis.

I. **E**xecutio ab exequendo dicta, tam in ^{Etymol.} Jure, quam æquitate fundata est, ut ^{execut.} nimirum pars victrix *emolumentum* vel *effectum* juris sui consequatur. *L. Si causam. 2. L. Ordo rei. 3. Cod. de execut. rei judic.* Concordat Fränckische Landesger. Ordn. p. 2. tit. 19. §. 1. *ibi: Dies weil vergebentlich, und ohne Frucht ist, Urtheil zu sprechen, wo die nicht auch der Gebühr nach vollstreckt werden zc.*

2. Describi potest cum P. Franc. Schmier *Jurisprud. can. civ. lib. 2. tract. 3. cap. 12. sect. 3. §. 1.* quod sit actus judicialis, quo verè, & naturaliter victori præstatur, quod per sententiam obtentum est. *Ord. Cam. p. 3. tit. 48. in pr.* Nam sine naturali præstatione illius, quod debetur, sine executione, quæ finis judicii, & effectus sententiæ est, nihil utilitatis in victorem redundaret, quia per sententiam verbis tantum victori res addicitur, at in executione ipso facto præstatur.

Definitio executionis

§. II.

De Causa efficiente Executionis.

CAusa efficiens executionis est Judex, *L. 15. in pr. & §. 1. ff. de re judic.* cum ad evitandos tumultus in plebe privatâ autoritate judicatum apprehendere non liceat. *L. 6. §. 2. ff. de re jud. L. 176. ff. de R. J. L. 13. §. 3. ff. de usufr. L. 7. Cod. unde vi.* etiam si possessio vacua sit. *L. fin. Cod. d. t. Lauterb. Colleg. theor. pract. ad dig. de re jud. §. 32.*

Exceptiones à regula.

4. Excipe, nisi fiat permittente Judice. *L. 11. Cod. de pign. act. L. 3. Cod. de pign. L. 9. Cod. sol. matrim.* vel consentiente damnato, *d. L. 11. & d. L. 9.* vel periculum sit in mora, & res alioquin peritura. *Gothof. d. l. 6. §. 2. n. 2. Lauterb. loc. cit.* nam ob moræ periculum dispositio juris prohibitive regulariter remittitur. *L. 1. pr. ff. de exercit. act. Gail. lib. 2. obs. 130. n. 2.*

Quinam Judices sententiam exequantur.

5. Exequitur autem sententiam regulariter Judex, qui eam pronuntiavit, modò mixtum imperium vel jurisdictionem ab habente mixrum imperium delegatam habeat. *Umm. ad Proæm. disp. 32. th. 1. n. 3.* nam Judex pedaneus *L. 15. pr. ff. de re jud.* nisi à Principe datus, *L. fin. Cod. de jud. C. 7. 26. 28. & de offic. & pot. jud. del.* cum nudam obtineat notionem; sicut & Judex simplici tantùm jurisdictione præditus, non potest exequi suam sententiam, sed ejus executio Judici mixrum imperium habenti, vel ejus delegato, committitur. *d. L. 15. pr. & §. 1.*

An delegatus Principis, vel Jud. infer. possit exequi sententiam.

6. An autem Delegatus Principis vel Judicis inferioris possit exequi sententiam, non una est omnium opinio, negat ei executionem cum Felino, Maranta, & aliis P. *Wiestner de sent. & re jud. n. 122.* Econtra meliori fundamento affirmat Abbas in *C. Si quis. 4. de foro compet. n. 32.* tum quia in *Cap. Præterea. s. de off. & pot. Jud. deleg.* indistinctè statuitur, eum, cui causa committitur, *super omnibus, quæ*

que ad causam ipsam spectare noscuntur, plenariam recipere potestatem; tum quia in *L. 1. §. 1. & L. ult. §. 1. ff. de off. ejus cui mand. est jurisd.* indefinitè asseritur, delegatâ jurisdictione imperium mixtum (cujus actus est jurisdictione) in delegatum transferri. Nec obstat *d. L. 15.* utpote quæ de Judice dato loquitur, qui à Judice delegato in multis differt, uti demonstrat P. Franc. Schmier *Jurispr. can. civ. L. 1. tr. de jurisdict. C. 7. à. n. 19.*

7. Arbitrè laudum à se prolatum exequi non potest. *L. pen. Cod. de rec. arbitr.* ibique Brunnem. Lauterb. *Disp. de arbitr. compromiss. th. 40.* sed Judex ordinarius implorandus est.

Arbitrè laudum exequi non potest.

8. Sed quid si executio sententiæ in alieno territorio, vel jurisdictione facienda foret? R. Tunc à Judice, qui sententiam tulit, per literas requisitoriales, subsidiales, mutui compassûs Judex territorii vel rei sitæ, ut victus satisfaciat judicato, vel pro facienda executione requiri solet. *L. 15. §. 1. ff. de re jud. L. 45. §. 1. ff. de jurisd. L. 12. §. 1. ff. de reb. autb. jud. poss. Nov. 134. C. 5. Mynf. C. 3. obs. 68.* una enim jurisdictione per aliam juvari debet. *L. 8. Cod. de Episc. aud. C. 1. X. de off. ord.* Rosbach *in proc. tit. 29. n. 8. & 9.* Hinc Judex Ecclesiasticus, si reus sit laicus, & nolit executioni parere, implorat brachium sæculare, ut, qui minas Ecclesiæ contemnit, Magistratûs politici imperio coërceatur. Gail. *L. 1. obs. 115. & L. 2. obs. 130. n. 14.* P. Engel *de sent. & re jud. n. 130.* Rurg. Ruland. *de invocatione brachii sacul. de brachio sæculari vid. Stuck. p. 1. conf. 15. Gylmann lib. 2. decis. 58. Deckh. in monum. ad Tennag. cl. 1. t. 29.* sicut & Judex sæcularis brachium Ecclesiasticum implorat, de quo vid. Borell. *Tom. 2. decis. tit. 23. n. 309. & seqq.* Victor autem coram alio Judice, sub quo fortè hypotheca sita; sine subsidialibus executionem petere nequit, nisi novam ibi actionem instituere velit. *Mev. p. 6. dec. 202.* Si verò objectum executionis situm sit sub alio Judice, qui jurisdictioni sententiam ferentis

Quid si executio in aliena jurisdictione faciendâ

subest, tunc dantur executoriales ad inferiorem, & mandatum de exequendo decernitur. *Arg. C. 28. §. quia verò. de off. & pot. jud. deleg. & L. 15. §. 1. ff. de re jud.*

An Judex à quo vel ad quem exequatur: distinctione resolvitur. 9. An verò interpositâ appellatione Judex à quo vel ad quem sententiam exequatur, conveniunt Doctores in eo, quòd Judex appellationis, si sententiam priorem *reformaverit*, ipse eam exequatur, nec remittat causam ad exequendum. *Gail. lib. 1. observ. 131.* Si verò confirmaverit, causam remittendam ad exequendum aliqui volunt, quibus contradicit *Stryck. introd. ad praxim for. C. 24. §. 1.* inquit: quòd, cùm appellatio omnem causam ad Superiorem devolvat, hujus quoque jurisdictio in exequenda sententiâ confirmatoriâ fundata sit. *Mev. p. 4. dec. 349.* quoad executionem sententiæ confirmatoriæ rem distinctione componimus cum *P. Franc. Schmier Jurisprud. can. civ. lib. 2. tit. 3. C. 12. §. 1. n. 167.* separando casum, quo sententiæ primæ instantiæ solum tacitè & ipso facto confirmatur, pronuntiando v. g. fatalia neglecta, vel appellationem esse desertam, à casu, quo Appellatione receptâ, sententia primæ instantiæ expressè confirmatur. PRIMO CASU Judex à quo sententiam potest exequi, cùm Judex ad quem hoc ipso, quòd pronuntiet, appellationem desertam, aut fatalia neglecta esse, per consequens fateatur, jurisdictionem, à qua potestas exequendi dependet, non ad se devolutam, sed penes Judicem à quo remansisse, atque sententiam in rem judicatam transiisse, non aliter, acsi nunquam appellatum fuisset. *L. ult. §. 4. de temp. appell.* IN ALTERO CASU Judex ad quem sententiam exequitur. *L. præcipimus. 32. §. 2. Cod. de appellat.* quia per appellationem, ejus susceptionem, & decisionem, jurisdictio Judicis à quo suspenso, atque in Judicem ad quem in causa appellationis est devoluta, sicque non illi, sed huic, facultas exequendi defertur. *Rot. Rom. in rec. p. 10. dec. 126. n. 8. & seqq. Brunnem. ad d. l. 32. n. 4.*

§. III.

De Objecto Executionis,

10. **O**bjectum executionis est res per sententiam adjudicata; & quidem illa ipsa, non alia *C. cum ali-*
quibus 6. de Sent. & re jud. l. si se 4. §. 3. ff. de re jud. quia
 aliud pro alio invito creditori obtrudi nequit. *l. mutuum*
2. §. 1. ff. de R. C. unde si certus fundus, vel equus sit
 peritus, & adjudicatus non potest à condemnato præstari
 æstimatio, nec tenetur eam victor recipere, tametsi tri-
 plum, vel quadruplum rei adjudicatæ excedat; ut etiam
 manu militari possit auferri. *l. qui restituere 68. ff. de*
R. V.

*De objecto
Executionis
in act.
reali.*

11. Quodsi in debito personali ad solutionem pecu-
 niæ quis condemnatus, aut cum rem amplius non habe-
 ret, æstimationem reddere detrectet, executio in cætera
 illius bona decernitur, observatâ formâ *in L. 15. §. 2. ff.*
de re jud. præscriptâ, de quâ in §. sequenti plura dicen-
 tur. Idem sentiendum de bonis hæredis, qui cum uni-
 versaliter in jura activa, & passiva defuncti succedat. *l. un.*
Cod. ut actiones ad hæred. & contra hæred. incip. executionem
 non minus ac defunctus tolerare debet. *L. 44. ff. d. t.*

*De objecto
Executionis
in act.
personali.*

12. In dubio, quando non constat, sintne bona à de-
 bitore detenta, propria, vel aliena, præsumuntur esse pro-
 pria, & executio sustinetur; quia pro possessore militat
 aliunde præsumptio proprietatis nisi contrarium doceatur.
Rot. Rom. in rec. p. 13. dec. 71. P. Franciscus Schmier
loc. cit. §. 4. n. 187.

*Quid statu-
endum in
dubio, an
bona sint
propria,
an aliena.*

13. In ipsam substantiam feudaliū bonorum execu-
 tio per distractionem fieri non debet, quia vasallus debi-
 tor utile dominium tantum habet, & eas alienare nequit,
 nisi debitum cum consensu Domini & agnatorum. *Bus.*
ad. l. 15. §. 2. ff. de re jud. aut in utilitatem feudi contra-
 ctum sit *Struv. Synt. F. F. c. 12. aph. 7. n. 4. & C. 14. aph.*

*An in feu-
dis possit
fieri exe-
cutio.*

32. Lauterb. *colleg. theor. pract. ad dig. de re jud. §. 16.* nam & tunc feudum ad exsolvendum debitum distrahi debere sentiunt Berlich *part. 1. concl. 82. n. 18. & seqq.* Hartm. Pistor. *lib. 1. qu. 15. n. 40.* ex observantia tamen curiæ feudalis Wirceburgensis consensum non præjudicare domino directo, sed pecunias consensatas à Vasallis esse exsolvendas, per impressum in causâ Ingelheim contra Wirceburg in camerâ sub nomine *serner weiten Vorstellung* exhibitum demonstratum est Aliud dicendum quoad commoditates, & fructus feudales, cum enim liberè possint distrahi Sabell. *in Summ. §. executio n. 6.* optimo jure quoque in iis executio fieri poterit. Gail. *lib. 1. obs. 115.* Carpzov. *J. F. p. 1. C. 32. def. 25. n. 1.* von Execution des Urtheils in Lehen Sachen vid. Ludovici Einleitung zum Lehen Proceß. *C. 15. per tot.* quæ omnia etiam ad bona emphytevcaria, fidei commissaria, dotalia, & similia applicari posse videntur.

Quid si debitor nihil in bonis habeat?

14. Si reus plane nihil in bonis habeat, inanis erit actio, quam inopia debitoris excludit, wo nichts ist, hat der Kläger sein Recht verlohren. Interim tamen, qui non habet in are, luat in cute. *l. si quis. 7. §. 3. ff. de jurisd. l. ult. ff. de in jus voc.*

In cuius bona executio fiat?

15. Quæ hæcenus dicta sunt, procedunt in tantum, ut executio decernatur in personam condemnati, non alieno, sed proprio nomine. *l. si se 4. in pr. ff. de re jud.*

Non in bonis Procuratoris vel Syndici.

16. Hinc sequitur PRIMÒ, executionem fieri non posse in bonis procuratoris vel defensoris, nisi vel liti se obtulerit, vel procurator in rem suam extiterit *d. l. 4. in pr.* nec in bonis Syndici, quia pro universitate ex officio litigat, proinde executio contra universitatem decernenda *d. l. 4. §. 2. ibique Brunnem. n. 3.*

Nec in bonis tutoris vel curat.

17. Nec SECUNDÒ in bonis tutoris, vel curatoris, utpote qui necessitate officii litem in commodum pupilli, vel minorennis suscipiunt. *d. l. 4. §. 1. & ibi Brunnem n. 2.*

18. Nec contra eum executio fieri potest, qui in iudicio non est nominatus. *l. 4. § 14. ff. de except. rei jud.* nisi jus tertii ex jure litigantis dependeat. *l. sepè ff. de re jud.* aut res sit litigiosa, nam tunc executio etiam contra possessorem rei litigiosæ fieri potest. *l. 2. ff. de litig. Gail. lib. 1. obs. 118. Klock cons. 4. n. 35. & cons. 55. n. 18. vol. 2.* item nisi tertius sit cessionarius, cedente condemnato. Brunnem *de proc. c. 29. n. 17.* aliique ibidem relati.

Nec contra eum, qui in iudicio non est nominatus.

19. Nec executio decernitur in bonis fidejussoris, qui suam fidem pro contractu interposuit, contra hunc enim novo processu opus est, Mynsing. *cent. 4. obs. 66.* Brunnem. *de proc. loc. cit.* quia inter principalem acta fidejussori nocere non debent; aliud est in fidejussore *judiciali*, qui scilicet de iudicatum solvendo satis dedit, is enim executione coerceri potest. *l. ult. §. 1. Cod. de usur. rei jud.* Brunnem *d. l. n. 8.* Rosbach. Umm. & alii.

Nec in bonis fidejussoris, ubi tamen distinctio adhibenda.

CAPUT II.

De Forma Executionis.

20. **F**orma executionis consistit in eo, ut servetur *Tempus, Modus, & Ordo.*

Forma executionis in quibus consistat.

§. I.

De Tempore Executionis.

21. **U**T tempus executionis ritè observetur, discernendæ sunt actiones REALES à PERSONALIBUS; de jure communi in ACTIONIBUS REALIBUS statim fit executio in rem petitam & adjudicatam, §. *etsi 2. Inst. de off. Jud.* ubi, si contra possessorem judicaverit iudex, *ei jubere debet, ut rem ipsam restituat cum fructibus;* nisi dilatio ad restituendum ex justâ causâ concedatur, *d. §. 2. & l. 68. ff. de R. V. l. pen.*

De tempore executionis, ejusque differentia in action. personal. & real.

l. pen. Cod. depof. Umm. difp. 23. th. 3. n. 17. Lauterb. *ad tit. dig. de re jud. §. 34.* vel fi condemnatus impoffibilitatem reftitutionis mox faciendæ proponat, refoluto enim titulo & bonâ fide poffefforis, jus nullum fuppetit, quo rem ulterius retinere, vel poffidere, aut fructus ex eâ colligere valeat, hinc eam reftituere tenetur, & fi recuſaverit, reali executioni fit locus, & manus militaris interponitur. *l. reftituere. 68. ff. de R. V. NEC OBSTAT l. 1. Cod. de off. mil. jud.* quia de executione ſententiæ non loquitur. vid. defenſionem hujus legis contra Anton. Fabrum apud Donell. & ibi Hillig. *l. 20. c. 6. lit. g. Bachov de act. difp. 7. th. 11. Berlich concl. 81. n. 27.* IN PERSONALIBUS verò executio poſt legitimum demum tempus fit. *l. 4. §. 5. l. 7. l. 31. ff. de re jud. l. 21. ff. de judic. l. 16. §. 1. ff. de compensat. l. 71, §. 2. ff. de leg. 1.* quod teſte Lauterb. *loc. cit. ex Gellio lib. 20. c. 1.* olim ſecundum LL. XII. Tabb. fuit XXX. dierum, poſtea duorum menſium. *L. fin. §. 1. cod. de uſur. rei jud.* & denique à Juſtiniano ad quatuor menſes actum eſt. *L. 2. §. 3. §. 1. cod. d. t. Cap. quod ad 15. de Sent. & re jud. cap. querenti 26. de off. & pot. Jud. del. cum enim non ſemper debitor paratam habeat pecuniam, ſicut rem in judicio petitam, & ideo non tam cito pecunia, quam res petita præſtari valeat, hinc in actione personali victor non ſtatim ſacco paratus venire debet. P. Engel de Sent. & re jud. n. 27. Rosbach de proc. tit. 79. n. 14. Umm. difp. 23. th. 3. n. 17.*

Spatium
quadrime-
ſtre arctari
poſteſt, &
prorogari.

22. Hoc tamen ſpatium quadrimeſtre anticipari po-
teſt, ſi illi renunciatum. Coler. *de proc. p. 3. c. 6. n. 8.* vel
ſi ex maleficio conveniatur, aut præſtandæ rei in conti-
nenti facultatem, vel pecuniam paratam habeat. *l. 31. ff. de
re jud.* aut ſi in morâ ſit periculum, ut, ſi alimenta petan-
tur, vel utilitas publica, vel favor ætatis anticipationem po-
ſtulet. *l. 2. ff. de re jud.* vel ſi victus in actione personali
non ad ſolutionem debiti, ſeu quantitatis, ſed ad præſtatio-
nem ſpeciei fit condemnatus, v. g. ut rem depoſitam, com-
moda-

modatam, locatam, emptam &c. tradat, vel restituat, quibus casibus spatium quadrimestre non conceditur. Poteſt etiam hoc spatium ex alia juſtâ cauſâ prorogari. Gudel. *de jure noviff. l. 4. c. 16.* Brunnem, *de proc. c. 29. n. 6. in fin.*

23. De jure provinciali franconico p. 2. tit. 19. §. 2. *Quid circa* ita diſpoſitum eſt: in Vollſtreckung aber der urtheil dieſelbe ^{tempus ex-} ſeyn gleich in actione reali (als da Aufhaab und Güttere ge- ^{ecutionis} klagt) oder in actione perſonali (da umb Schulden oder ^{de jure} dergleichen getroffenen Contracten hero die Forderung ge- ^{Franconi-} wesen iſt) ergangen, wollen wir, daß allwegen, wie vor Als ^{co fit diſpo-} ſitum? ters herkommen, eine gewiſſe Zeit, als ſechs Wochen, und drey Täge, den geſprochenen End-Urtheiln Folg zu thuen, angeſetzt werde, in welcher Zeit auch der verlierende Theil dem Urtheil genug, und die Vollſtreckung zu thuen ſchuldig ſeyn ſolle,

§. II.

De Modo Exequendi.

24. **M**ODUM quod attinet, ſi condemnatus non pareat, & tamen habeat rem exequendam, ſive reali, ^{De Modo} ſive perſonali actione petitam, illa manu militari vel ^{Exequendi.} (quaſi) officio Judicis ab eo aufertur, & victori traditur. l. 68: ff. de R. V. §. 2. & 3. *Inst. de off. jud. vel actor in poſſeſſionem mittitur. l. 1, ex quib. cauſ. in poſſ. eat.* Si res non amplius extet, & condemnatus DOLO deſiit poſſidere contra ipſum juratur in litem, ſi NON DOLO poſſidere deſiit, æſtimationem, vel quanti res, præſtare tenetur. l. 68. l. 71. ff. eod. Victor autem officium judiciis implorare vel actione judicati agere debet, novo tamen proceſſu opus non eſt. Gail. l. 1. obs. 113. n. 10. Berlich. *concl. 81. n. 3.* ad

præcedentem victoris implorationem primum mandatum de solvendo vel præstando judicato præmittitur, cui si victus non pareat, executor pignora capit, victum arrestat, & per apparitores vel milites rem aufert. Brunnem. de proc. c. 24. n. 22. Perez ad cod. de execut. an. 6.

Concordat
jus pro-
vinc. Fran-
con.

25. Concordat Fränck, Landger. Ordn. p. 2. tit. 19. §. 3. ibi auf dem Fall aber beedes real, und personal Klagen, immassen in §. 1. gehöret, würcklich nicht geschehen wolte, könnte, oder möchte, so wollen wir weiter, das auf Anrufen des gewinnenden Theils an die Parthey, so der Urtheil verlustiget ist worden, Gebotts-Brief, und executorialien, bey einer nemblichen Peen, nachgestalt der Sachen, durch unsern Land-Richter, und Bey-Sitzer erkennet werden sollen. & ulterius §. 4. und da nochmahlen solchen executorialien, und Gebotts-Brieffen nicht folg geschehe, solle auf weitere Anhalten der verlustiate und condemnirte Theil, jedoch auch auf vorgehende citation, zu sehen, und zu hören, sich in die Peen deren executorialien einverleibt, zu condemniren, und zu verdammen, in solche Peen, mit Urtheil und Recht ertheilet, und verdammet, und darauf mit Acht, und Bann, wie von Alters hergebracht, wir auch sonderliche Befreyung haben, gegen den ungehorsamen Verlustigten Partheyen, verfahren, und verholffen werden.

Immissio
ex 1. & 2.
decreto, uti
& pœna
banni sub
lata re-
missivè.

26. Quæ tamen declarationes in bannum, unà cum immissionibus ex primo & secundo decreto, de quibus vid. tit. 4. & 5. lib. 42. ff. ibique præ cæteris Lauterbach. ab usu recefferunt per R. F. de Anno 1654. §. wurde hierauf. 36. ibi: jedoch mit hinführiger Aufhebung der bisherigen gebräuchlichen zweyen Weegen, entweder auf die Pœn der Acht, oder immission ex primo vel secundo decreto. De immissione ex primo & secundo decreto extat integer titulus 9. part. 2. in der Fr. Landgerichts-Ordnung sed sublatu est tam per suprascriptum R. F. quàm per speciale Principis decretum; aliusque ordo exequendi introductus est, uti in §. seq. & Cap. ult. fufius demonstrabitur.

§. III.

De Ordine Exequendi.

27. **O**Rdo exequendi descriptus est in *l. à divo pio. 15. §. 2. ff. de re jud.* ita, ut si ordo ibi præscriptus non observetur executionem nullam esse sentiat cum Köppen & Mevio Miller ad Struv. *Exerc. 44. th. 18. lit. l. Brunnem. ad d. l. 15. n. 12.* quia scilicet ex rescripto Imperatoris iste ordo exequendi pro modo, & formâ est præscriptus: actus autem contra modum & formam à jure præscriptam gestus est invalidus *l. non dubium. 5. in pr. Cod. de LL. Coler. de processu Execut. p. 2. c. 3. n. 464. Berlich part. 1. concl. 80. n. 37.* Est autem ordo exequendi alius si actor certam speciem v. g. per vindicationem, vel actionem depositi &c. petat, quo casu judex monet reum in re mobili, daß er dieselbe dem Kläger intra præfixum terminum ausantworte vel in re immobili, daß er selbige einräume, oder der Execution gewärtige. Alius verò, si petatur certa quantitas, quocasu mandatum de solvendo datur, daß er Klägern binnen einer gewissen Frist befriedigen, oder der Execution gewärtigen solle.

28. Etsi tunc pecunia parata non adsit, quæ alias statim victori solvenda foret. *Coler. de proc. exec. p. 3. c. 9. n. 25.* juxta tenorem *d. l. 15.* executio facienda est, & PRIMO quidem attendendum, an victor munitus sit hypothecâ speciali, & tunc in eâ fit executio, si victor ita petat, an verò habeat hypothecam generalem, quo casu pro lubitu in bona hypothecata executionem petere potest. *l. 2. ff. de distr. pign. Coler. d. c. 9. n. 29.* non tamen est necesse ut excutiantur res specialiter hypothecatæ, ut vult Berlich. *d. concl. 81. n. 33. nam l. 2. cod. de pignor. de speciali casu*

Ordine
non servus
to executio
nulla est:

De scribitur
ordo
exequendi.

loquitur vid. Hartm. Pist. *lib. 2. qu. 12. Carpz. p. 2. consl. 23. def. 29.* Scilicet quando creditor specialem, & generalem hypothecam habet, nam si cum tertio quodam concreditor negotium ipsi sit, excutienda prius specialis hypotheca, sed si cum solo debitore, electio ipsi datur, quam rem excutere velit, quamvis etiam is, qui prius tempore generalem hypothecam accepit tantum, alteri, qui postea specialem obtinuit, in illâ quoque re speciali præfertur. *l. 2. ff. § 6. Cod. qui pot. in pign. hab. Bachov. de pign. lib. 4. c. 5. n. 1.* Si tamen anterior creditor ex aliis rebus debitum posset consequi, suadet æquitas, ut posteriori res specialis, in quâ speciale pignus acquisivit, non auferatur. *l. 2. cod. de pign. Bachov. dict. l. c. n. 2. Lauterb. ad tit. ff. qui pot. in pign. hab. §. 11.* ita quidem hæc omnia procedunt, ut sub hastâ publicâ vendantur bona hypothecata, aut emptore non reperto taxentur, & victori in solum dantur, quæ subhastatio in jure civili fundata est *l. ordo 3. cod. de execut. rei jud. l. 2. 3. § 6. cod. de fide, § jure hastæ fisci. § l. ult. cod. de jur. Dom. impetr. & per hanc utriusque consulitur, debitori quidem, ut non possit conqueri de viliori pretio, re venditâ creditori, ut paratam accipiat pecuniam, & emptor reperiat. Anton. Fab. *ad l. 8. Cod. tit. 16. def. 3. Coler. d. C. 9. n. 107.* qui tamen subhastationis actus non est necessarius, si creditor in solum rem aliquam mobilem vel immobilem accipere velit, & de pretio inter eos conveniatur, vel si creditor jure immisionis contentus tam diu re illâ uti velit, donec debitum fuerit solum ex fructibus, quod rarò solent facere creditores, quia de fructibus perceptis rationes reddere tenentur;*

Subhastationem non debet necessario præcedere taxatio.

29. Et quamvis subhastationem necessariò taxationem de jure communi præcedere debere tradat Paul. Castr. *in l. 16. cod. de resc. vendit.* per quam fraudibus optimè obviari putat Damhoud. *in tr. de subhast. c. 3. n. 12.* rectius tamen sentiunt ii, qui taxationem non esse necessa-

riò

riò præmittendam autumant. Brunnem. *de proc. c. 29. n. 34.*

30. Caterum quamvis in subhastatione certum pretium ab aliquo licitante oblatum fuerit, non tamen statim res ei addicitur, sed dato termino (qui plerumque est sex septimanarum, trium dierum) ad sistendum meliorem emptorem, res ulterius venum exponitur, ut sciatur, an aliquis pretio addere quid velit, non reperto ulteriore licitatore primo licitatori res vendenda. Brunnem. *loc. cit. n. 35.* ita quidem, ut si primus licitator tantum solvere velit, quantum alii posteriores, is posterioribus præferatur. Ludov. Einleit. *zum civil. Proc. C. 35. §. 21.* quod etiam apud nos observatur. Porro totus actus subhastationis bene ad acta registrandus, & si subhastatio fiat per literas patentes, dies aff- & refixionis annorandus, & literæ patentes ad acta reponendæ, factâ adjudicatione fit exemptio, & condemnatus unâ cum bonis ejicitur. Vid. Mangilius *tract. de Subhastat. & licitat.*

31. Si plane nullus reperitur licitator, vel emptor, vel (quod idem est) vilissimum pretium sit oblatum, Afflict. *de jure protim. §. 2. n. 18. p. 38.* Carpzov. *in asyl. deb. n. 148.* Victor ipse licitare, ac pretium offerre potest. Ludov. Einleit. *zum civ. proc. C. 37. §. 15. in fin.* Philippi *de Subhastat. part. 3. comm. 9. n. 48. seqq.* Iudex ex officio taxabit bona. Coler. *d. l. n. 69.* & vix ulla apparet via, quàm ut victor rem taxatam acceptet, nisi velit bonis uti tam diu, donec sortem cum usuris ex bonis redegerit, cum nullum aliud superfit remedium. Vid. Carpz. *de proc. tit. 23. art. 5.*

32. Illud adhuc observandum est, interdum majus pretium per terminos oblatum vilius esse minori pretio in pecunia præsentī. Carpzov. *p. 3. decis. 275.*

33. Si Creditor sit nudus Chyrographarius, tunc hypothecâ non existente juxta *d. l. 15.* bonâ mobilia, non tamen, quæ ad alimenta, eaque comparanda sunt necessaria,

Primo distrahuntur mobilia incipiendo à vilioribus:

ut vestes, lectisternia, instrumenta agriculturæ, vel artificii, libri studiosorum &c. auferuntur, & distrahuntur, quàm diu nempe ex rebus aliis victori potest consuli. *Arg. l. stipendia 4. Cod. de execut. rei judic. L. executores. 7. & Auth. agricultores. Cod. qua res pignori &c. P. Engel de sent. & re jud. Struv. Exerc. 44. Th. 18. & ibi Miller. inter ipsa mobilia autem à vilioribus fit initium. Berlich. concl. 81. n. 32. & 62. Carpzov. de proc. tit. 23. art. 2. n. 12. quæ per subhastationem sunt vendenda, nisi partes ita amicabiliter componi possent, ut taxâ peritorum velint esse contentæ, emptore verò nullo se offerente, taxandæ, & victori in solutum danda. *d. l. 15. §. 3.* Si non appareant bona quædam mobilia, debitor juratam specificationem omnium suorum honorum edere tenetur. *Coler. d. c. 9. n. 38. Carpzov. d. Art. n. 19.* imo obstrictus est debitor, seras & ferramenta forium atque cistarum, aliorumque receptaculorum, in quibus asservari solent mobilia, aperire, & manifestare. *Coler. d. c. 9. n. 34. Carpzov. d. Art. 2. n. 18. Ludovici Einleitung zum Civil process. C. 35. §. 8.**

Deficientibus mobilibus immobilibus distrahuntur.

34. Deficientibus mobilibus, vel existentibus quidem, sed quæ emptorem facile non reperiunt *Coler. d. C. 9. n. 23. & 40.* ad immobilia procedendum. *d. l. 15. §. 2.* quo etiam referuntur annuæ præstationes, jura venandi, operæ rusticorum & similia. *Berlich. d. C. 81. n. 101.* eligenda autem ea immobilia, quæ minus necessaria, minusque damnosa debitori, ex quibus tamen solutio fieri possit creditori, nec etiam pro debito exiguo bona majoris valoris distrahenda, ac ne prædia rustica & tributaria, de quibus certa servitia, census, ac tributa solvi debent, dividantur. *Coler. d. C. 9. n. 45. Carpzov. d. r. 25. art. 2. n. 23. & seqq. Berlich. d. l. n. 106.* in aliis electio datur debitori. *Auth. hoc nisi. de solut. Nov. 4. C. 3.*

Ne bona tributaria & censitica dividantur

35. quæ dicta sunt de non dividendis bonis tributariis, censiticis, & similibus etiam apud nos speciali mandato Principis de 31. Julii 1725. munita sunt, ubi ita dispositum

rum est. Erslichen befehlen wir hiermit gnädigst / daß ohne apud nos unsern ausdrücklichen gnädigsten Consens sich niemand un- speciali tersehen solle, einige uns / oder unsern Stiftern, Clöstern, mandato Gottes-Häusern, Pflügen, Spithälern, Gemeinden und Principis Communicatēn lehenbare Güter stückweis zu verkaufen, sancitum. oder zu veräußern, und wo dergleichen ins künftige geschehen sollte, solche Veräußerung an sich nicht allein null und nichtig seyn / sondern auch sowohl der eine, als der andere Theil befindenden Dingen nach empfindlich gestrafft werden solle 2c. Et eodem mandato. Vierdtens daß in Erb-Vertheilungen öftters auf der Eltern ableben die Kinder entweder die Eiterliche Güter einem / oder zweyen allein aufbürden, oder unter alle in gar viele Stücke und theil zerstückeln, und vertheilen / daß auf ersteren Fall selbige ein oder zwey Kinder solche Güter nicht bestreiten, den Kauff-Schilling nicht haben, sondern auf Borg aufnehmen / und also gleichsam in der Blühe verderben, andernfalls aber keines einige Nahrung, noch eines dem andern helfen kan; solchemnach befehlen, und verordnen wir hiermit gnädigst, daß, wann dergleichen grosse Höfe, Hub und Güter bey einer Theilung vorkommen sollten, dergleichen Verstücklung unter sammtliche Kinder gar nicht gestattet, jedoch auch die Zertheilung, wo das Gut einer nicht allein bestreiten kan, anderster nicht zugelassen werden solle, als daß ein jeder Theilhaber seinen Antheil mit Mittlen, Viehe, Gesind, und andern unentbehrlichen Nothwendigkeiten, auch Arbeiten wohl bestreiten, darauf auch eine gute Manns-Nahrung haben könne; worüber jedoch jedesmahlen unserer Hochfürstlichen Renth-Cammer Gutbefinden einzuholen, und sollen ohne diesen Consens alle solcherley künftige beschehende Vertheilungen allerdings null, nichtig, und ungültig seyn. Was aber fünftens in vorigen Zeiten bereits also verstücklet, und vertheilet, das solle führohin zu Widerherstellung unserer Lehen-schafften durch Kauff, auswechseln, und andere thunliche Mittel und Weeg wider zu reuniren, und zusammen

zu bringen möglichst getrachtet, auch dieselbige Lehen befindender Nothdurfft nach renovirt, und neu beschriben werden, Wo aber sechsens so gar einige zu mehr erwehnten unsern Lehenschafften, Höfen, Huben, und güldbaren Güthern gehörigen Güther durch Länge der Zeit oder andere gefahr- oder ungefahrliche Weis, oder auch mit Consens gar veräußeret, frey, oder anderst wohin lehenbar gemacht worden, solle solchen fleisig nachgeforschet, und selbige nach der Erforschung auf hinlängliche rechtliche Weege wiederum zu ihrer vorigen Lehenschafft gebracht werden. 2c. item ibi. Eilffens keines weegs erlaubt seyn solle, die Hof- Riethen in mehrere Wohnungen ohn unsern ausdrücklichen Consens und Einwilligung zu vertheilen, oder mehrere Wohnungen dahinein zu bauen, mithin die Güther mit mehreren Inwohnern zu beschwehren. 2c.

*Immobili-
bus non
reperitis
ad nomina
liquida de-
veniendum.*

36. Immoibilibus non reperitis tandem ad nomina perveniendum *d. l. 15. §. 2.* & sic debitor debitoris mei excutiendus, modo illa debita sint liquida. *d. l. 15. §. 9. Coler. de proc. exec. p. 2. c. 3, n. 464.* Si tamen ipse debitor ante distractionem immobilium in nomina executionem fieri petat, ex æquitate audiendus erit, si nomina liquida, & facile exigibilia *Carpzov. d. art. 2. n. 35. Lauterbach. ad tit. ff. de re jud. §. 36.*

*Quid de
modo sub-
haustandi
vel taxandi
obtainat de
jure nostro
patrio?*

37. Quæ hæctenus de executione tam per subhastationem, quàm taxationem bonorum tam mobilium, quàm immobilium dicta sunt, juri nostro patrio in plerisque conveniunt, vid. die Beamten Instruction de 2. Sept. 1720. §. 12. ibi: Die Executiones aber, duodecimö, so viel die debita fiscalia, nemml. chen Schagung, Steuer, Beeth, Accis, Umgeld, und dergleichen anlanget, wie es bis anhero üblich gewesen, durch Soldaten, und Preffer-Einlegung in Civil- und Criminal- Sachen hingegen, gewöhnlicher massen incipiando à mobilibus, & his deficientibus ab immobilibus, gleichwie es die Rechten erforderen, jedoch, daß dem exequendo jederzeit zu Stellung eines besseren Kauffers ein zulagn,

zulänglicher, und dem quanto executionis proportionirter Termin gegeben werde, fernerhin vornehmen; solte sich aber ergeben, daß wegen Betrohung des exequendi, oder eines Complots, oder anderen triftigen Ursach sich keine emprores angeboten, mithin auf solche Weis nicht fortzukommen, sondern bey so gestallten Dingen der modus extraordinarius durch Soldaten oder Preffer-Einlegung zu ergreifen seye, sie Beambte solches mit jedesmahliger Beysetzung der Ursachen ohnverweilter berichten, und um ferneren Verhaltungs-Befehl ansuchen, und indeme 13tio öfters wahrgenommen worden, daß die executiones cum scandalo auf Sonn- und Fevertagen, auch unter denen Herbst, und anderen Ferien, wo denen Unterthanen der Recurs zur höhern Instanz abgeschnitten gewesen, zuweilen aus passion, Gewinnsucht, und anderen Absehen geschehen, selbige sich dessen, es wäre dann specialiter bewegenden Umständen nach befohlen worden, unter Bestrafung enthalten. Huc quoque referendum est Principale mandatum de 4. Jan. 1735. hujus tenoris: Wir haben zwar unterm 19ten Febr. 1732. die von unserm lesteren Herren Vorfahreren Christmildester Gedächtnuß, den 23ten Augusti 1728. erlassene Verordnung, wie in Execution oder Excussions-Fällen mit Taxirung deren Immobilien, und dergleichen verfahren werden solle, wegen denen bishero eingeschlichenen Mißbräuchen, und vielfältig vorgekommenen Beschwerden einiger massen zu verändern, uns gemüßiget gesehen, und so wohl zu des Schuldners als deren Glaubigern Nutzen, damit kein Theil über die Billigkeit beschwehret werden möge, gewisse Ziel und Maas vorzuschreiben. Nachdem uns aber unterthänigst vorgetragen worden, daß dessen ohngeacht allerhand neuerliche Irrungen sich vorgethan, und durch das vermeintliche Tax-Besuch die Schuldnerer beflissendlichen Umtrieb sowohl zu ihren eigenen, als deren Glaubigern höchsten Schaden und Gefährde gespielt, mithin der Sachen Fortgang vielmahlen ruckstellig gemacht haben, solchemnach seynd wir aus Lands. Väterlichen

chen hohen Obsorg bewogen worden, zu Abschneidung aller
 unnöthigen Klagen, und mehreren Beförderung der Justiz,
 denen bishero gestallten Umständen nach, üblich gewesen
 Tax gänglichen (wie hiermit beschiehet) aufzuheben, dahinge-
 gen die allgemeine Verordnung dahin gnädigst zu ertheilen,
 daß fñhrohin in allen Executions- und Gant- Processen,
 worinn immobilia, Wein, oder pretiosa zu verkauffen seynd,
 jedesmahl mittels Anschlag, und Verkündung einiger Licita-
 tions-Zetteln an gewöhnlichen Orten und Zusammenkünften
 eine gewisse Tagarth angesetzt, auch nachmahls in bestimm-
 ter Frist die Güter, so hoch, als möglich (es möge auch der
 Glaubiger allein, oder mehrere darauf Licitirt haben) heraus
 gestrichen, daraufhin der gewöhnliche Termin von 6. Wo-
 chen, 3. Tagen, sowohl dem Schuldner, als mit interessir-
 ten Theilen und Glaubigern zu Stellung besseren Kauffers
 verstatet, nicht weniger bey fruchtloser Verstreichung dessen,
 bey vorkommenden erheblichen, und recht beständigen Ursa-
 chen, obermeldter Termin verlängeret, auch ein Viertel
 Jahr, höchstens aber ein halbes Jahr verstatet, und nach
 dessen abermahligem fruchtloser Vorbeygehung mit der Exe-
 cution fortgefahret, auch das Gut um den darauf gebotte-
 nen Preiß losgeschlagen, und dem meißbiethenden überlassen
 werden solle. Worbey wir jedoch in anderen erlaubten
 Taxations-Fällen es bey der unterm 19ten Februar. 1732.
 ergangenen allgemeinen Verordnung dergestaltten bewenden
 lassen, daß einem jeden Taxatorn besonders, für einen gan-
 zen Tag, drey Viertels, oder wann es über einen halben
 Tag wäre, 1. Gulden; von einen halben, oder wann es un-
 ter einen halben Tag ist, ein halben Gulden, es mögen Gü-
 ter, oder Mobilia pretiosa (worunter auch die Wein zu
 zehlen seynd) taxirt werden, gereicht, und denen Schätze-
 ren unserer Residentz-Stadt dahier des Tags 1. Gulden
 Fränckisch, denen auf dem Land hingegen 1. Gulden Rhei-
 nisch bezahlet, nicht weniger auch denenselben, falls sie ausser
 der Markung, und Ort in frembde beruffen würden, die
 nöthig

nöthige Zehrungs-Kosten nebst obigen Tax- Gebühren von demjenigen Theil, so den Tax veranlasset, sogleich entrichtet werden sollen, damit sich auch niemand mit der Unwissenheit entschuldigen könne.

§. IV.

De Effectu Executionis.

38. **E**ffectus executionis est, ut sententiæ regulariter in solidum satisfiat, hinc si ex pretiis aliquid super- Effectus executionis. fit, superfluum reddendum ei, cujus pignora vendita erant. *l. 31. in fin. ff. de re jud. Laurerb. eod. tit. §. 37.*

39. Observanda tamen est differentia, utrum instituta fuerit actio REALIS, vel PERSONALIS, si REALIS, consequitur dominium rei, per executionem sibi traditæ; Quoad effectum executionis differentia est inter actionem realem, & personalem. *Cap. cum interter 13. de sent. & re judic. l. cum putarem. 36. famil. Hercisc. ibique Brunnem. n. 2. l. sed si. 3. §. 2. & 3. ff. de reb. eor. qui sub tut. Vel saltem conditio usucapiendi in victorem transfertur, ubi victus rei translatae dominus non erat. Per *L. sunt & alia. 3. §. 1. ff. de publ. in rem act. l. Pomponius. 13. §. 9. ff. de acqu. vel am. poss. L. si per errorem. 17. ff. de usurp. & usuc. Gonzalez in c. 6. de sent. & re jud. n. 5.* Si PERSONALI actione egerit victor, ulterius indagandum, an egerit ad restituendum, sicut in actione depositi, locati, commodati, &c an ad dandum, vel tradendum; priore casu, cum non agatur de dominio transferendo, victor nec verum, nec præsumptum dominium acquirit. *Gonzalez loc. cit. n. 6. posteriore casu non aliter judicandum, ac in actione reali. l. sed si res 5. ff. commun. div. l. generaliter 28. ff. de nox. act. l. clavibus. 74. ff. de contrab. empt. Gonzal. d. n. 6.**

CAPUT III.

De Contrariis Executionis.

Recensan-
tur contra- 40.
ria execu-
tionis.

Contraria executionis sunt illa remedia, quibus vel rescinditur, vel suspenditur sententia, v. g. cessio bonorum, de qua vid. Lauterb. *ad tit. 3. lib. 42. dig.* Appellatio, petitio restitutionis in integrum, revisio, quamdiu scilicet cautio de restituendo non est præstita juxta *Rec. Imp. de An. 1654. §. Nach Berathschlagung 118.* Quærela nullitatis, habito scilicet respectu ad factum; nam ratione juris dicendum, quod non subsistat, adeoque nec rescindi possit, de quibus consuli possunt Lauterb. *ad tit. 49. deg.* Brunnem Stryck & alii *de processu*, exceptiones rei judicatæ opponendæ, novæ obligationes post judicatum, interventio tertii, provocatio ad concursum, & beneficium competentia, de quibus, quatenus materiae præsentis deserviunt, nunc in ordine tractabitur.

§. I.

De Exceptionibus Executionem impedi-
entibus.

Exceptio- 41. **G**eneraliter observandum est, exceptiones perem-
nes contra ptorias in actis necdum oppositas adhuc in exe-
rem judica- cutione quandoque opponi posse, si nimirum in conti-
ntam oppo- nenti probari possint. Aliæ enim, quæ jam sunt opposi-
tenda. tæ, censentur rejectæ, & sic non amplius admittuntur. Klock. *vol. 2. conf. 5. n. 114.* Stryck. *introd. ad prax. for. C. 24. §. 3.* in specie exceptiones illæ peremptoriae contra rem judicatam opponi valent, quæ sunt exceptiones nullitatis, vel magis contra executionem quam condemnationem opponuntur, quales sunt: Exceptio S Cti Macedo-

niani, Vellejani, competentiae, cessionis bonorum, & plures aliae, de quibus prolixè agit. Zanger de except. p. 3. C. 26. Berlich p. 1. concl. 84. vid. l. 11. ff. de S. Cro Maced. l. 33. in pr. ff. de don. l. 41. § ult. ff. de re jud. l. 1. cod. eod. l. 1. cod. de jur. & fact. ignor. Gonzalez. C. 12. de sent. & re jud. n. 11. P. Engel d. t. n. 5. König ibid. n. 23.

42. An Executor, cui iudex, qui tulit sententiam, executionem delegavit, de exceptionibus, quæ ab iis, contra quos executio sententiæ decreta est, proponuntur, cognoscere possit? R. affirmative, si per cognitionem intelligatur illa, quæ versatur non circa merita causæ, sed circa ipsam executionem, quoad modum exequendi, & quoad res, in quas fit executio. Ratio est: quia cui data est jurisdictio, ea quoque concessa videntur. sine quibus jurisdictio explicari non potest. l. cui. 2. ff. de jurisd. l. 1. §. 2. & §. 4. ff. de re jud. Myns. cent. 3. obs. 69. Vix autem executio explicari potest absque cognitione super executione: imò vix aliàs censeri potest delegata per modum jurisdictionis. Si autem per cognitionem intelligatur illa, quæ fit super exceptionibus v. g. Scti Vellejani, Macedoniani, compensationis, competentiae, pretii non soluti, divisionis, defectus mandati. l. licet eod. de procur. usurariæ pravitatis, erroris calculi. Hartm. pist. obs. 209. n. 19. &c. quibus aut sententia, aut executio impugnatur, negative R. per cap. de exero. 5. de sent. & re jud. l. s. prætor 75 ff. de judiciis l. pen. ff. de conf. Ratio est quia delegatio, uti mandatura, est strictæ interpretationis, atque ad non concessa, si necessario connexa non sint, nequit extendi; ergo Iudex delegatus ad exequendum non potest cognoscere exceptiones remorandæ executioni oppositas: hæ enim cum executione necessariam connexionem non habent, sed magis ad novum iudicium pertinent. Obrecht. de jurisd. l. 4. c. 6. n. 45. & seqq. Struv. exerc. 4. th. 45. Mynsing. cent. 3. obs. 69. add. Brunnem. de proc. c. 29. n. 12.

An executor de exceptionibus executioni oppositis possit cognoscere?

Deprehen-
sâ injuriâ
in execu-
tione, exe-
cutor re-
currit ad
mandan-
tem.

43. Si tamen executor videat, sine injuria ulterius executionem fieri non posse, debet abstinere ab executione, alioqui condemnatur ad omne, quod interest debitoris, unâ cum ipso jndice executionem præcipiente. *Martin ad ordin. jud. Saxon. tit. 19. § 6. n. 409. seqq.* adeoque prius momenta causæ ad mandantem referat necesse est. *Mev. p. 1. dec. 143.* cum nudus executor post causam sufficienter cognitam, de nulla exceptione cognoscere possit. *Menoch. lib. 1. arbitr. quest. casu 38. n. 20. & seq.* An executori iniquè exequenti possit resisti. vid. *Martin, ad ord. jud. Sax. tit. 39. §. 9. n. 29 seqq.* ibique *Analect.*

§. II.

De reliquis remediis contra executionem.

De novâ
obligatione
post judica-
tum.

44. EXECUTIO quoque impeditur, si novus post rem judicatam super summâ adjudicatâ intercesserit contractus; sic enim novata est causa, judicati, ut hinc non amplius ex judicatio, sed ex novâ stipulatione agendum sit per *l. si causam. 2. cod. de execut. rei jud.* unde cautum esse in tali casu monet victorem *Stryek. introd. ad prax for. C. 24. §. 4.* ne super judicato denuò contrahat aut sibi expressè reservert, se eo ipso à judicatio & inde dependente executione nolle resilire.

De provo-
catione ad
concur-
sum sive
cessione
bonorum.

45. Similiter si unum creditorem sibi adeo molestum videat debitor, ut ejus imperum amplius repellere nequeat, ad concursum, vel cessionem bonorum provocare potest, quia eo ipso, cum reliquorum creditorum summoperè interfit, merito sistitur executio. *Mev. p. 5. dec. 26.* modo tamen ante terminum executionis hæc oblatio, vel cessio bonorum, sive provocatio ad concursum fiat. *Carpzov. de proc. tit. 25. art. 6. n. 7. & seq.* *Stryck. loc. cit. §. 6.* non ta-

men

men audiendus est debitor, qui ad impediendam executionem tantum cessionem mobilium offert. Wernher p. 3. obs. for. 223.

46. Singulariter executionem impedit vel in totum, De benefi-
vel pro parte, beneficium competentiae, vi cuius is, qui con-
demnatus est, nequit in plus conveniri, quam facere possit, ^{cio Compe-}
deductâ congruâ sustentatione quoad victum, vestitum, habi-
tationem &c. l. cum ex causâ 39. ff. de re jud. de beneficio ^{tentia.}
competentiae agitur in l. 16. & seqq. ff. de re jud. & l. 12. &
seqq. ff. sol. matrim. & quia est personalissimum ad hæredes,
aliosve non transit. l. 24. & 25. ff. de re jud. l. 12. ff. sol.
matr.

47. Habent autem hoc beneficium (1.) parentes & li-
beri, cujuscumque gradûs & sexûs l. 17. l. 30. in f. ff. de re ^{Quinam}
jud l. 7. §. 1. ff. de obs. par. §. 38. Inst. de act. (2.) Patronus ^{habeant}
Patrona eorumque liberi d. l. 17. d. §. 38. etiam emancipati. ^{beneficium}
l. 49. ff. d. t. l. 2. in f. ff. quod cum eo, qui in al. pot. ^{competens-}
(3.) Maritus, tam ratione dotis, quam reliquorum contractuum,
in quibus ab uxore convenitur. §. 37. Inst. de Act. d. l. 17. l.
20. l. 24. §. 1. ff. eod. l. 12. & seqq. ff. sol. matr. item uxor.
d. l. 20. l. 17. §. 1. ff. sol. matr. Socer. l. 15. §. fin. ff. sol. matr.
(4.) Socii vid. d. §. 38. l. 16. l. 22. §. 1. ff. de re jud. d. l. 63. ff.
pro socio. (5.) Milites l. 6. pr. l. 19. ff. h. t. (6.) donator,
si ex causâ donationis conveniatur. d. §. 38. l. 19. §. 1. l. 41.
l. 49. ff. de re jud. ne liberalitate suâ inops fieri periclitetur.
l. 5. ff. eod. l. 28. ff. de R. F. l. 12. l. 33. pr. ff. de donat. (7.)
qui bonis cessit §. f. Inst. de act. l. 4. ff. de cess. bon. (8.)
defensores & procuratores dictorum privilegiorum l. 23.
ff. de re jud. ubi limit. d. l. 63. §. 1. l. 14. pr. ff. sol. matr. in-
ter eos autem, quibus hoc debetur beneficium, melior est
causâ occupantis. d. l. 9. §. 1. Sin quis causam privilegii
præfractè neget, v. g. se esse socium, maritum, vel si filius-
fam. pro patre-fam. se gesserit, &c. in pœnam mendacii
privilegium amittit. l. 22. §. 1. ff. de re jud. l. 4. §. 1. ff. quod
cum eo, qui in al. pot. ad similitudinem militum multi jungunt
per-

personas illustres, Nobiles, Doctores, Professores, Advocatos, Clericos, de quibus vid. Manzius *in patroc. pauperum decad. 3. qu. 1.* Mævius *in discuss. gravam.* Kühnemann *in tr. de benef. compet.* Lauterbach. *Sen. in disp. inaug. de benef. compet.*

*Tertius in-
pedire po-
test execu-
tionem:*

48. Potest etiam tertii alicujus interesse, non fieri executionem, quem monere potest debitor, ut pro suo interesse interveniat, ad sistendam executionem *l. 15 §. 4 ff. de rejud. l. 15. 57. ff. de rei vind.* Covarr. *pract. quæst. 16.* Vivius *de cis 304. n. 3.* Sic Pater ob usufructum, quem habet in bonis filii maternis, aliisque adventitiis, potest se interponere, quando executio contra filium instituenda est. Nisi consentiente Patre debitum contractum, aut Pater consentire debuit, sicutiam uxor constante matrimonio contra creditores mariti executionem petentes potest se opponere, vergente marito ad inopiam, & petere, ut, quia maritus onera matrimonii non fert assignetur, sibi portio pro alimentis. *l. ubi adhuc 29. c. de jur. dot.* Brunnem. *de proc. c. 29. n. 19.* cum pluribus ad eodem allegatis.

*Quid si
uxor con-
demnata
sit pro de-
bito ante
matrimo-
nium con-
tracto?*

49. Sed quid si uxor condemnata sit pro debito ante matrimonium contracto, an debitor executionem petere possit in rem dotalem? Brunnem. *loc. cit.* duplici distinctione resolvit, nempe an res dotalis creditori, antequam marito in dotem daretur, fuerit obligata, an non: primo casu affirmat, altero negat, deinde an omnia bona dederit in dotem, an verò certam summam, certumque prædium; Illo casu danda esset executio, cum bona non intelligantur, nisi deducto ære alieno. *l. subsignatum §. bona ff. de Verb. sign.* posteriori verò casu non nisi, uti dictum, prædium obligatum.

*Interven-
ens inter-
esse suum
summatim
docere de-
bet. Suggestur cautè*

50. In executione igitur quandoque admittitur interventio. Gail. *lib. 1. obs. 70. n. 19.* modo tamen tertius interesse suum summatim, & intra breve tempus semiplenè saltem probare possit, alioquin non est audiendus, multò minus si præsumptio malitiæ contra intervenientem militet. *C. 6. de restit.* minime verò, si tertius prohibeat condemnato,

ut

ut pareat. Mevius *p. 3. decis. 160.* pro victore tamen iterum cautela datur, ut si jus intervenientis non sit perfectè liquidum, offerat cautionem de restituendo, & sic non obstantè interventione fiat executio. Mev. *p. 5. dec. 212. l. is. à quo. 57. ff. de R. V. Gail. lib. 1. obs. 70. n. 21.* esse autem hoc intelligendum non propriâ interventione, sed de actione tertii contra reum in alio peculiari iudicio instituta de eadem re, autumat Brunnem. *de proc. c. 29. n. 21.* nam si interventio fuit propriè sic dicta, pendente iudicio primo, & in ipso hoc iudicio, tum supersedendum ab executione, sin autem sententiâ latâ contra reum alius petat rem eandem, nec suspenditur executio, nec cautio necessaria. Cæterum: Quando in executione non admittatur interventio, docet Mev. *p. 5. dec. 334. Mindan. l. 3. de contin. caus. c. 9.*

51. Interdum etiam ab executione potest appellari, si executor limitès iudicati, vel ordinem executionis à jure præscriptum excedat, quamvis enim regulariter ab executione non detur appellatio. *l. 5. C. quor. appell. non recip.* Etiam si suspectus sit executor. *cap. novit. 43. de Appell.* attamen teste Stryck. *introd. ad prax. for. c. 24. §. 8.* appellari potest, (1.) Si executor aliter interpretari velit iudicatum, *l. 4. §. 1. ff. de Appellat.* (2.) Si executor non attendere velit exceptionem, quæ alias in executione locum habet. Mev. *p. 1. dec. 145.* (3.) Si in executione modum excedat, vel ordinem juris non servet. Mev. *p. 3. dec. 53. in fin.* quod tamen ipse limitat, si ex non servato ordine debitor nihil damni senserit. Mev. *p. 2. dec. 177.* (4.) Si executio decreta ante sententiam, quo casu semper locus est appellationi. Scaccia, *de appell. qu. 17. n. 6.* Mev. *p. 1. dec. 15.*

52. Restitutio in integrum remoratur executionem, sicut appellatio. *l. un. cod. de in integr. rest. postul. ne quid novi fiat.* Si tamen appareat, restitutionem præcisè executionis frustrandæ gratiâ peti, victori cautio de restitutionem.

do in casum succumbentiae imponetur. l. 6. §. ne verò ff. de in integr. restit.

Qu. ad
quem judi-
cem appel-
landum?

53. Qu. ad quem judicem ab executione appellandum sit? R. aut est nudus executor, cui tanquam ministro suo iudex executionem mandat, & tunc ad committentem appellatur, nisi ex ipsius mandato modum excesserit, tunc enim ad hujus superiorem appellatio dirigenda, aut est alius Magistratus loci, cui personæ-vel bona subsunt, pro executione in subsidium requisitus, tunc interest, utrum ex præscripto requirentis modum excesserit, quo casu ad hujus superiorem provocatio fieri debet, an verò requisitus author gravaminis sit, tunc hic vel subest requirenti, & ad hunc provocandum, seu querela deferenda; vel non subest, & tunc appellatio tendit ad illum, qui ejus superior est Vid. Mev. p. 8. dec. 87. per tot., Marrin. loc. cit. tit. 10. §. 6. n. 554.

Quomodo
de jure
Franconico
executio
fiatur?

54. Cum iis, quæ in præcedentibus dicta sunt, ferè concordat jus nostrum Franconicum. part. 2. tit. 19. §. 6. ubi ita statuitur:

Wosern aber die Urtheil für nichtig und sonderlich dergestalt von der Wider: Parthey, als ob dieselbig dem Rechten, und Billigkeit nach, nicht solte, oder könnte exequiret, und vollstreckt werden, angezogen würde, so solle solche Einred von unserm Land: Gericht, in Gegenwart des obliegenden Wider: Theils, gehöret, und da sich der excipirende Erbiethen thäte, in continenti, oder auf das nächstfolgende Land: Gericht seine Exception zu erweisen, und endlich auszuführen, solle ihme solches nachgegeben, und inmittels die Execution eingestellet werden. & ulterius, §. 7. Wo aber solche Exception dermaßen, und also nicht gegründet, und geschaffen wäre, das sie in continenti, oder auf bestimmbte kurze Zeit möchte genugsam erwiesen, und ausföndig gemacht werden, sondern länger Process und ausführens, altiorem indaginem bedöreffte, solle auf solchen Fall mit Vollstreckung der gesprochenen Urtheil, jedoch ge-

gen Leistung genugsamer Caution, zum Fall die Urtheil für nichtig erkannt würde, der empfangenen Execution halb widerumb genugsame Erstattung zu thun, fortgefahren, und doch dem excipirenden seine Exception nach beschriebener Execution der Urtheil, auszuführen vorbehalten, und folgend auf solches erkannt werden, was recht ist. Reliqua dispositioni juris communis relinquuntur. §. 8. ibi: welches aber solche Exceptiones nullitatis, so Executionem verhindern, seyen, mögen unsere Unterthanen bey den Rechts-Verständigen, und der Practic erfahren, auf den Fall der Noth, erkundigen, dann unsere Meinung nicht ist, dieses und alles anders, so weitläuffig durch die Recht, und vonhero Scribenten goordnet, und tractiret würd, in diese unsere Ordnung, in deren wir uns der Kürze befeissen, zu ziehen, und einzuverleiben.

§. III.

De formulis quibusdam practicis petendi executionem, contra eam excipiendi, unà cum sententiâ & libello provocacionis.

55. **§** wird noch bestermassen in Andencken ruhen, welches hergestalten den 20. Sept. lauffendn Jahrs eine Urtheil dieses Inhalts publicirer worden seye, das Titius die Vermög ausgestellter, mit denen verbindlichsten Claufulis executivis versehenen gerichtlichen Obligation schuldige 1000. Rthlr, bey Vermeiden würcklicher Execution zu bezahlen schuldig seye; wann nun beflagter Titius gegen solthanes Urtheil kein remedium suspensivum ergriffen, mithin daselbe die Krafft rechtens erlanget hat, gleichwohlen auf öftters beschehene gütliche Erinnerung die Bezahlung zu leisten, und dem rechtskräftigen Urtheil ein Genügen zu thun

Formula petendi executionem.

thuen bishero sich saunig gezeiget hat, meine Gelegenheit aber nicht seyn will, länger das leere Nachsehen zu haben, und mich der Würckung des erlangten obffieglichen Urtheils beraubet zu sehen; Als gelanger an dieselbe mein angelegentlichstes geziemendes Bitten, sie geruhen großgünstig, dem Beklagten eine enge Frist anzuberaumen, binnen, welcher er oberwehntes Capital sambt Vertagten, Abzinsen, entrichte, oder gewärtige, das in Entstehung dessen die würckliche Execution und Immission in des Debenten bereitste Gütter vollstreckt werde.

Exceptio contra executionem.

*Exceptio
executioni
opposita.*

56. **W**as für ein voreiliges Executions-Gesuch klagen der Sempronius zu meiner nicht geringen Beschimpfung gegen mich angestellet habe, solches ist aus dem mir zu meiner besonderen Dancknehmung zugeworbenen Communicato mehrerer Inhalts zu ersehen gewesen, ob nun zwar nicht ohne ist, das durch ein rechtskräftiges Urtheil ich zu Bezahlung deren eingeklagten 1000. Rthlr. condemnirt worden seye, so erhellet jedoch aus anschließiger Quittung (welche ad recognoscendum hiermit producirt wird) satsam, das die anmaßliche Forderung bereits von meinen Ehe-Vorfahrern mit baaren Geld abgetilget worden, mithin dem vermeindlichen Klägern Exceptio Solutionis, welche in ipsa Executione annoch Platz findet, allenthalben im Weeg stehet, solchemnach bitte hierdurch dienstlich die erkannte Execution wider aufzuheben.

Sententia.

*Sententia
in causâ
executionis.*

57. **I**n Sachen Sempronii Klägers an einem, wider, und entgegen Titium beklagten am andern Theil, puncto debiti, nunc executionis; wird allem für und Anbringen

gen nach hiermit zurecht erkannt, daß Beklagter mit seiner vorgeschügten exception solutionis billig zu hören, und noch zur Zeit mit der execution zu verschonen; Kläger hingegen seines Einwendens ohngeachtet, die originaliter producirte Quittung zu recognosciren schuldig seye. W. R. W.

Appellatio ab Executione.

§ 8. **U**nterzeichneter Anwald Titii findet sich nothdringlichst *Appellatio* gemüßiget, Euer Hochfürstl. Gnad. unterthänigst be- *ab excessu*
schwerend anzuzeigen, daß er vermög Rechtskräftigen Ur- *executio-*
theils zu Abtragung deren dem Sempronio schuldigen 1000. *nis.*
Rthlr. condemnirt, und weil er sogleich mit der würcklichen Zahlung nicht habe aufkommen können, gegen ihn nicht nur die execution erkannt, sondern auch der Anfang würcklich darmit gemacht worden seye; wann nun aber disfalls dergestaltten prapostero ordine verfahren worden, daß sogleich zur subhastirung deren immobilien, da jedoch so viele Wein, Getreid, und andere mobilia vorhanden gewesen, geschritten, und ohnangesehen die Schuld nur 1000. Rthlr. austraget, dannoch über 2000. Rthlr. an liegenden Gütern feil gebotten worden seynd; als ist anwalds Principal ohn- umgänglich veranlasset, das remedium appellationis zu ergreifen, mit dienstlichster Bitt, solcher zu deferiren, und Apostolos reverentiales zu ertheilen, indessen aber die execution, und würckliche Verkaufung deren Gütern zu inhibiren. Desuper nobile D. Judicis Officium implorando, & contra omnia ulteriora gravamina protestando, ac eventualiter appellando.

CAPUT IV.

De Executione à supremis Imperii Dicasteriis demandatâ, & forma exequendi ibidem receptâ.

§. I.

De modo exequendi sententias in inferioribus Dicasteriis latis.

Exequenda 59. **I**N supremis Imperii Dicasteriis demandatur executio vel sententiæ à iudice inferiore latae, vel sententiæ ab ipso iudicio Imperiali aulico, aut Camera Imperiali emanatae.

60. Executio sententiæ à iudice inferiore latae à iudicio Imperiali aulico, vel Camera tunc decernitur (1.) Si iudex inferior sententiæ suæ executionem negligat, & victor pro mandato C. C. de exequendo propriam sententiam imploret, ac de executione ter frustra petita doceat, cujus precibus annuendum de Ludolph. p. 161. brevic. prax. Imp. Aul. t. 57. §. 2. (2.) Si iudex inferior sententiam tulerit super rebus sub diversis iurisdictionibus sitis, tunc per literas quidem subsidiales iudices illos pro executione requirere potest, si tamen victor in iudicio Imperiali aulico vel Camera supplicaverit, decerni potest rescriptum mandatum C. C. ad iudices rerum exequendarum.

De executione sententiæ à quâ.
Quid si iudex inferior executionem sententiæ suæ negligat?

(3.) Cum arbiter juxta juris ordinem procedens, vel arbitrator sententiæ seu laudi executionem non habeant, & victor executionem desideret, tum si laudum homologatum (id est: confirmatum sit vel expressè, vel tacitè, nullo nempe interposito remedio suspensivo reductionis scilicet ad arbitrium boni viri) & victus immediatus, vel res exequendæ sub diversis iurisdictionibus sitæ fuerint, victori mandatum C. C. conceditur. Si verò exequendus medius fuerit, ad iudicem illius remittitur. Blum. p. c. t. t. 42. n. 5. de Ludolph. pag. 382. & seqq. ubi pag. 388. statuit: si poena, & interesse conventioni sit inserta, licitè alterutrum recedere à laudo, dummodo solutioni ejus, quod interest, se subjiciat, idque fiat intra decendum; quo lapso amplius liberum erit recedere, sed ex re iudicata compellendus

Quid si sententia lata super rebus in diversis territoriiis sitis?

Quid de laudo arbitri?

ad parendum laudo per mandata S. C., nisi hoc nullitate laboret. (4.) Cum nec Austregæ jus exequendi habeant, supplicanti mandatum executoriale ad satisfaciendum eorum sententiæ contra partem conceditur & ulterius executivè proceditur. De Ludolph. p. 136. brevic. prax. Imp. Aul. loc. cit. §. 5.

61. Si tamen fortè Appellatus præveniendò contra Appellantem petat executionem sententiæ à Judice inferiore lata, ea non decernitur, nisi legitimè constet, quod sententia transiverit in rem judicatam, & Judex inferior debite imploratus executionem denegaverit.

62. Sic etiam, si Judex Ecclesiasticus imploret suprema dicasteria Imperii pro brachio sæculari, videndum, an dicat, quod omnes Ecclesiasticos censurarum gradus tentaverit, & quod Judices inferiores, si nimirum exequendus non sit immediatus, pro executione frustra imploraverit, quibus præviis executio decernatur. Blum. t. 42. n. 10.

63. In causis Cambiorum fortè per appellationem devolutis executio sententiæ nequidem erga cautionem inhibitorum. R. I. de An. 1654. §. 107. Cujus textus tamen intelligendus est, non de quibusvis causis Cambii, sed de talibus, quæ in Emporiis, & judiciis Cambialibus tractantur, multi enim sunt casus, ubi in negotiis Cambii extra nundinas solennes, & locum commerciorum celebratis appellationi locus est. Ludolph. pag. 209.

§. II.

De Executione Sententiarum in supremis Imperii tribunalibus latorum.

64. **Q**UOD concernit sententias ab ipso Judicio Imperiali Aulico, vel Camerali latis, media, per quæ earum executio fit, sunt tum executoriales, tum mandata executorialia. Mynsing. cent. 5. obs. 94. cent. 6. obs. 24. per tot. Gail. pract. obs. lib. 1. obs. 113. n. 1. & 13.

De Execut. Sent. in Jud. Imp. aul. vel Cam. lat. & mediis executio- nis.
65. nis.

*Distinctio
inter exe-
cutoriales,
& manda-
ta de exe-
quendo.*

65. Ubi observanda est trita illa distinctio, quod executoriales ad partem, mandata verò executorialia ad iudicem dirigantur, processus utrobique ferè idem est; si enim non pareat, cui executio mandata est, proceditur tam in executorialibus, quam mandatis executorialibus ad paritorias, & tandem crescente contumaciâ ad declarationem pœnæ. Vid. tamen, quoad hanc distinctionem Gail. 1. obs. 113. n. 13. 15. Schwanem. obs. 171. u. 5.

*Quid sint
executoriales?*

66. Sunt autem executoriales literæ, quibus Iudex sententiæ latæ partitionem victæ parti, sine clausula justificatoria, præfixo ad hoc termino sex septimanarum & trium dierum imperat, junctâ citatione ad docendum de partitione, vel videndum se declarari in pœnam insertam executorialibus, aut adducendum causas, quare hæc declaratio fieri non debeat. Gail. 1. obs. 113. n. 1.

*Quid sint
executoriales
simplices?*

67. Executoriales sunt duplicis generis: *simplices* nempe, & *arctiores* p. 3. ord. Cam. tit. 48. in pr. Executoriales *simplices* sunt, quæ primò simpliciter, sub comminatione tamen pœnæ insertæ in solita consuetâque forma emanant. *Arctiores* executoriales sunt, quæ sub comminatione gravioris pœnæ v. g. banni vel alterius in contumaciam emanant, si scilicet simplicibus non fiat paritio. Ord. Cam. loc. cit. Gail. l. 1. obs. 113. in pr.

*Quid Ar-
ctiores?*

*Executo-
riales ho-
diè anne-
stantur
sententiæ
secus quam
olim fa-
ciuntur.*

68. Impetrabantur olim executoriales post sententiam in Camera latam, per schedulam à Cancellaria sub pœna 10. marcarum auri cum termino 6. septimanarum, insinuabantur, & reproducebantur instar aliorum processuum. Hodie sententiæ, si executione opus sit, uti tamen opus non est, in sententiis definitivis absolutoriis, & ubi pars victrix in possessione est, annectuntur per *Rec. Imp. de Ara.* 1654. §. Damit auch u. 159. & terminus præstandæ, docendæque partitionis pro distantia locorum, ordinariè, & communiter ferè trium mensium, est enim arbitrarius, in ipsâ sententiâ præfigitur, sub pœna arbitrio Iudicis relicta, quæ

quæ plerumque est 10, marcarum auri, & comminatio realis executionis.

69. Si sententiæ, & annexis executorialibus non fiat paritio, non statim olim fiebat pœnæ declaratio, sed adhuc aliquæ paritoria sequebantur, quarum numerus in camera non erat determinatus, sed iudicis arbitrio commissus, in iudicio imperiali aulico autem communiter tres vel quatuor paritoria emanabant, quod per Recessum visitationis §. 83. mutatum, ita ut post primam paritoriam statim sequatur mandatum de exequendo. vid. D. de Ludolph. *Comment. System. de jur. Cam. p. 54 & 435.* raro autem executio pœnæ, nisi gravis subsit resistentia partis succumbentis. *D. R. J. nov. §. in welchen Termin. &c. 160.*

70. Si sententia omissionem præcipiat, ea nulli alii executioni subjecta est, quàm ut pars victa à certo aliquo facto abstineat, cui in eventum contraventionis certa pœna (quæ solet esse 10 marcarum auri puri) constituatur, arque si latae sententiæ contravenerit, non tantum in comminatam pœnam declaretur, sed etiam ad præstandam cautionem de non amplius turbando, offendendo &c. præfigatur, simulque executio ratione declaratae pœnæ prædicto modo per mandata executorialia ad ipsius Magistratum vel directores circuli decernatur. *R. J. de An. 1654. §. in Sâllen 162. Roding Prax. Cam. lib. 3. tit. 63 n. 11.* Quare autem iudex non statim primæ sententiæ annectat, ut pars victa intra certum terminum cautionem de non contraveniendo præstet, & Blumius *de proc. cam. tit. 78. §. 51.* Hoc ideo fieri, quia in factis negativis præsumitur pars victa acquiescere sententiæ, donec contraventio probetur, proinde hæc cessante, cautione non opus est, cum sententia semetipsam per se exequi videatur. Quam ob causam etiam si pars victrix confestim post latam sententiam talem cautionem petat, à iudice denegatur, Gylm. de pignorat. §. *an per silentium.* Ubi addit, exceptionem esse

esse in interdicto uti possidetis. Ast rationem differentiae nescit. add. Umm. *disp. 9. n. 17. & disp. ult. n. 23.*

*Quis in-
dus hodie
locò arctio-
rum sub
pœnâ banni
obtinat?*

71. Loco Arctiorum hætenus sub pœnâ banni emanatorum juxta *d. R. J. nov. § so offit auch der Richter 86.* adversus declaratum in pœnam fit comminatio pœnæ dupli, & realis executionis, vel contra non parentem fit mandatum de exequendo tam pœnam commissam, quàm causam principalem adversus directorem circularem vel (si qui horum interesse in causâ habeant) adversus alios *d. R. J. §. in welchen Terminen. 160.* ut plurimum parsim. petrans, adversus quem decerni velit, In Recessu indicat, vel se in Cancellaria indicaturum offert. Roding. *loc. cit. n. 12.*

72. Mandatum executoriale, & mandatum de exequendo sæpè pro Synonimis sumuntur. Roding. *l. c. n. 14.* in Camerâ tamen inter utrumque est differentia.

*Differen-
tia inter
mandatum
executori-
ale, & de
exequen-
do.*

73. Mandatum de exequendo nunquam ad partem ipsam succumbentem, sed semper ad aliud dirigitur, ut sine clausula sententiam cameralem exequatur, si succumbens est mediatas, dirigitur mandatum ad Judicem ipsius ordinarium, cui immediatè Imperatori, vel Imperio subditus fit, ad principem directorem illius circuli, ad quem succumbens pertinet, vel si executor ordinarius officio suo non fungatur, monitio fit per paritoriam, & denique si justitiæ executio id exigat, vicino alicui principi, quod tamen rariùs fit, demandatur.

*De Man-
dato Exe-
cutoriali,*

74. Mandatum executoriale è contra etiam ad partem ream emanat immediatè ex Camerâ, si is immediatus fit, non quidem, ut sententiæ pareat, sed ut suæ propriæ clausulis executivis, & hypothecâ munitæ obligationi satisficiat, quale mandatum plerumque simul est immissoriale, & decernitur extrajudicialiter, si documentis querela stabilita fit. Quod tamen rarò fieri dicit Roding *l. c. n. 20. & seqq.* ubi de processu mandati judiciali, & extrajudiciali ordinario, & extraordinario latius tractat.

75. Mandatum de solvendo S. C. decernitur contra immediatos tantum in iis casibus, si obligatio sine hypothecâ, clausulis tamen executivis munita est, hypothecâ verò adjectâ simul implorari debet pro dimittendo hypothecam. *Conf. Blum. tit. 34. n. 85. 86.*

76. Ante terminum in sententiâ præfinitum mandatum executoriale frustra rogatur, ne tempus ex constitutionibus Imperii reo datum ei auferatur. *Röding. l. c. supra petitur n. 19.*

77. Ex hæcenus itaque dictis colligere licet, sententias supremorum Imperii dicasteriorum sine discrimine statuum executioni mandari observato ordine executionis in *R. I. de An. 1555* præscripto. *Instr. P. W. §. 116.*

78. Si itaque victor executionem petierit, videndum est, an terminus in sententiâ præfixus effluxerit. Si namque lapsus sit, nec victus justas quasdam exceptiones v. g. liquidæ compensationis, aut solutionis interea protulerit, nec de partitione docuerit, Referens victum ad victoris instantiam in pœnam sententiæ insertam, ut & restitutionem damnorum, & expensarum condemnabit, & mandatum executoriale S. C. ad Directores circulares, aut Magistratum victi, in executione fortè negligentem, tam pro executione causæ principalis, quàm pœnæ decernet. *R. J. N. §. 15. & 160.*

79. Si verò principes Circulares ex justis causis exequi non possent, tum vicinis Circulorum Ducibus executio demandatur, sed sumptibus exequendi. *d. §. 15. & 160.*

80. Si condemnatus se executioni opposuerit, ipso facto in pœnam banni incidit, & Judex ad fisci instantiam contra eum, citatum tamen prius, & auditum sine ullo respectu ad declarationem banni procedat. *d. §. 15.*

81. Si autem victus sententiæ inhibitoriæ non paruerit, & victor conqueratur, Referens declarabit victum in pœnam sententiæ insertam. & decernet mandatum execu-

curatoriale ad condemnati Magistratum, vel Circuli Duces ad exequendam dictam pœnam, eique terminum brevem ad præstandam cautionem de non amplius turbando, impediendo, excedendo, vel attentando assignabit, & si non paruerit, in bannum procedet. *d. R. F. N. §. 162.*

82. Si condemnatus adhuc se executioni opponeret, neque cautionem in termino præstaret, proptereaue in pœnam banni incideret, tunc in puncto declarationis pœnæ banni procedetur secundum præscripta juris communis, Constitutionum Imperii, & præsertim. *R. F. N. §. 15. & 162. nec non F. P.*

*De Ordine
& Modo
decernendi
banni.*

83. Quantum ad ordinem, & modum decernendi banni pertinet in *F. P. M. §. 64.* conclusum quidem est, ut desuper in comitiis deliberandum sit: interea verò, & eò usque ita procedatur, uti *O. C. & F. P.* jubent *R. F. N. §. 162. Rec. vis. nov, §. 86.* quoniam verò capitulatio Caroli VI. *art. 20.* sequentia disponit: Wir sollen und wollen auch hiermit, daß ohne Vorwissen des Heil. Reichs Churfürsten, Fürsten und Stände niemand in die Acht, oder Ober-Acht gebracht, und erkläret, sondern der zu ächtende vorher der Nothdurfft nach gehöret, darüber an gesambte Stände referiret, so dann der endliche Schluß gefasset, von uns approbirt, und die Execution Innhalts der Executions-Ordnung vollzogen werde; daß des Aechters Güter dem Reich verbleiben, doch einen jeden an seinen Gerechtigkeiten unbeschadet: und das denen unschuldigen Agnaten es an ihrem Jure succedendi nichts præjudiciren: das dem gewalthätiger Weiß entsetzten bey nachsuchender Restitution cum pleno effectu verholffen werde; daß das Bannum contumaciæ abgeschaffet seye; daß dasjenige, was in jeso verwüreckten Reichs-Landen geschehen: untersucht werde. Ex quo apparet pœnam banni, paucis casibus exceptis, hodie in Camerâ sublatam esse, & huic pœnam pecuniariam successisse. de Ludolph. pag. 435. & alibi.

84. Cæterum animus fuerat, de officio Directorum & Ducum Circularium in executione sententiarum aliqua capita superaddere, ab hoc tamen proposito abstinui, partim, ne fines dissertationis excedam, partim, quia ab aliis materia isthæc, quæ priore sæculo inter celeberrimas quæstiones habita est, à profundissimis JCr̄is passim eleganti calamo in utramque partem solidè deducta est: legi desuper merentur: I. Die Deduction eines Kaysers. Ministri de officio Directorum, & Ducum Circularium in Executione sententiarum. teutsch und latein. *De officio Directorum & Ducum Circularium in executione sententiarum r̄amis- sive.*

II & III Zwey Antworten auf diese Deduction, davon die eine in lateinischer Sprach à D. Stryckio, die teutsche aber à D. Coccejo verfertiget worden, IV. eine Dissertation des Thomasi, worinnen er obgemelde Deduction auch widerleget.

V. VI. VII. VIII. seynd Refutationes so wohl der beyden gegen Deductionen als der Dissertationen.

Quas omnes unâ serie exhibet Coccej. in deduct. Consil. & resp. in Cauf. Illustr. Deduct. I.

CAPUT ULTIMUM.

De Exceptionibus Executioni à supremis Imperii Dicasteriis oppo- nendis.

85. **D**istum in præcedenti capite, executioni vel esse parendum aut contra eam excipiendum. Gail. *Non omnes exceptiones indistinctè admittuntur contra executionem.* *d. obs. 113. n. 4.* non tamen omnes indistinctè exceptiones admittuntur contra executionem. *Recessu visitat. de Anno 1586. §. pen. & ult. & de An. 1572. §. dem alten Sprichwort 2c. 18.* Distinctio igitur adhibenda est inter *Exceptiones concernentes merita causa, & ea non concernentes.*

*Distin-
guendum
inter exce-
ptiones
merita
causæ con-
cernentes,*

tes: PRIORE CASU executor exceptiones allegatas ad prio-
rem judicem remittere, nec desuper cognoscere debet;
POSTERORE CASU executor quidem desuper cognoscere po-
test, etsi appareat eas esse relevantes, & executioni obsta-
re, ad priorem judicem remittere, ac executioni superfe-
dere, si autem executor illas irrelevantes deprehenderit,
tunc ille non attentis iis executionem sententiæ faciat.
Gail. d. obs. 113. n. 8. Reprobanda proinde est facilitas
eorum judicum, qui quaslibet leves exceptiunculas ad
Cameram remittunt, interim executionem retardantes.

*Reproba-
tur facili-
tas in ad-
mittendis
exceptioni-
bus.*

*An contra
exceptio-
nem admit-
tatur re-
plica.*

86. Quamvis autem in ordin. Cam. p. 3. t. 41. contra
exceptionem executioni oppositam replica simpliciter ad-
mitti videatur, attamen per mem. Rec. Visit. An. 1572. §.
dem alten Sprichwort. §. 18. Sancitum est, quod ju-
dex exceptiones objectas in primo termino exactè per-
pendere debeat, nè temerè terminum ad replicandum con-
cedat. Ita in terminis Röding. loc. cit. n. 32. Atque
hisse pro modulo meo finio materiam executionis, quæ
uti dictum, Iudiciorum ultimus est

FINIS.



SEMICENTURIA SELECTISSIMARUM QUÆSTIONUM

EX

UNIVERSO JURE.

EX JURE NATURÆ ET GENTIUM.

- I. **S**umma potestas non potest pro libitu circa Subditos disponere, illisque pro arbitrio quodvis præcipere, aut injungere: ut turpiter tradit Hobbesius de Cive, relatus à Puffendorff de J. N. C. 1. §. 5. Sed ea tantum imperare valet, quæ sunt licita, aut saltem adia-phora, & eatenus de personis subditorum dis-ponere, quatenus exigit salus publica.
- II. Multò minùs summa potestas Imperium in vi-tam civium præcipuè insontium habet: juxta effatum divini oraculi Exodi 23. vers. 7. in-sontem & justum non occides, quia aversor impium.
- III. Quod procedit: ut nequidem pro salute totius Reipublicæ summis Imperantibus innocentem liceat interficere, ut si v. g. tyrannus civitatem obsidens, peteret sibi exhiberi caput cujusdam innocentis, cum comminatione, quoadsi secus fiat, omnes cives ad internecionem delere velit.

IV.

- IV. *Nec licet summa potestati innocentem obsessorem petenti, ac simul interitum minitanti tradere, ab ipsomet obsessore jugulandum.*
- V. *Quamvis negandum non sit, innocentem in tali casu quodammodo obligatum esse, ut semetipsum tradat.*
- VI. *Civem tamen nocentem, qui suam culpam causam obsidioni civitatis dedit, veluti Paris olim, quod Helenam Menelai Regis conjugem raperit, Gracos ad obsidendam Trojam excitavit, hostili iracundia offerri posse, nemo ibit inficias.*
- VII. *Ineptè quoque statuunt aliqui, posse in bello cives in obsides hostibus dari, eâ lege & effectu, ut, si pactum cum hostibus initum violetur, ultimo possint affici supplicio.*
- VIII. *Similiter summa Potestati nullum competit imperium in existimationem & famam civium.*
- IX. *Nec Princeps potest infamiam in se redundantem in probum & honestum civem derivare.*
- X. *Circa res, & bona subditorum summa potestas pro exigentia salutis publicæ varias potest dispositiones facere, in specie tributa imponendo &c. modo tamen justitiæ limites non excedat, & ultra vires aut necessitatem talis præstatio non imponatur, nam: Qui nimis emungit elicit sanguinem. Proverb. Cap. 30. v. 33.*

EX JURE PUBLICO.

- XI. **Q**uod Nobilitas Imperii immediata respectu Imperii nunquam habuerit matriculam, sed speciali, ac singulari modo semper cum ea tractatum sit, ex legibus Imperii publicis aperte demonstrari potest.
- XII. Utrum in feudo per obitum nobilis immediati aperto Princeps Dominus directus collectas exigere possit, an verò jus collectandi penes corpus equestre permaneat? pro Domino directo respondebo.
- XIII. An etiam in tali casu detur recursus ad comitia, si nempe status Imperii ratione Juris collectandi in feudo aperto à nobilitate immediata in judicio Imperiali aulico conventus sit? affirmativam tuebor.
- XIV. Consilium Imperiale aulicum potest cognoscere in causis matrimonialibus protestantium.
- XV. Ad Catholicorum tribunalia pertinet jus cognoscendi de subditorum protestantium causis matrimonii, divorcii, Juris patronatus, decimarum, & similibus.
- XVI. Ob leges fundamentales non servatas Imperantes puniri, aut Imperio privari nequeunt.
- XVII. Sed exinde nullitas actus consequi potest, salvo tamen summâ potestate.
- XVIII. Summa potestas obligatur ex pacto cum subditis inito.
- XIX. Non tamen civiliter; neque tenetur ad leges contractus.

XX. *Qua verò secus se habent in pactis cum extraneo initis, in quibus summa potestas instar privati consideratur.*

EX JURE CANONICO.

XXI. **P**relatus Ecclesiasticus non potest rem immobilem vel mobilem pretiosam Ecclesia legatam repudiare.

XXII. *Alienatio rei Ecclesiastica, sine consensu Capituli facta, est ipso jure nulla.*

XXIII. *Etiamsi talem alienationem suadeat necessitas vel utilitas Ecclesiae.*

XXIV. *Si Capitularium vota sint paria v. g. 10. consentiant in alienationem, 10. dissentiant, Praelatus suo consensu non potest majorem partem efficere.*

XXV. *Nec potest sine adhibitis solennitatibus super re Ecclesiastica transigere.*

XXVI. *Compromittere tamen absque his solennitatibus nullibi prohibetur.*

XXVII. *Matrimonium per copulam intra bimestre vi extortam non consummatur.*

XXVIII. *Si copula præcesserit matrimonium, illud non habetur pro consummato.*

XXIX. *Matrimonium metu contractum spontaneè cohabitatione convalescit.*

XXX. *Nati ex matrimonio putativo recensentur inter legitimos.*

EX JURE CIVILI.

XXXI. **R**estitutio minoris prodest quandoque fidejussori.

XXXII.

XXXII. *Quantumvis fidejussor beneficio cedendarum actionum in specie renuncia-verit, nihilominus huic suæ renunciati-
oni contravenire potest.*

XXXIII. *Pater, qui pro filio suo fidejussit, non gaudet beneficio excussionis.*

XXXIV. *Cautio usufructuaria neque de proprii, neque de quasi usufructus substantia est.*

XXXV. *Quamvis hac à testatore neutiquam remitti possit.*

XXXVI. *Pater monasterium ingrediens non amittit usumfructum in bonis adventitiis liberorum.*

XXXVII. *Sicut nec quilibet usumfructum extra-neo cedens eodem frustratur.*

XXXVIII. *Exceptio non numeratæ pecuniæ à debitoribus intra biennium obmoveatur necesse est.*

XXXIX. *Imò etiam post biennium poterit adhuc creditori ad solutionem agenti rectè opponi, si debitor onus probandi in se suscipiat.*

XL. *Quæ exceptio non tantum debitori, sed & ejus hæredibus competit, uti & fidejussoribus.*

EX JURE FEUDALI ET CRIMINALI.

XLI. **N**on potest vasallus v. g. Nobilis Imperii post mortem suam uxori dotalitium constituere in bonis feudalibus sine consensu Domini directi & Agnatorum.

XLII. *Super re feudali potest quandoque vasallus compromittere.*

XLIII.

- XLIII. *Imo etiam transigere sine consensu Domini directi.*
- XLIV. *Non tamen in causa merè feudali invito Domino directo prorogare jurisdictionem alterius Judicis de causa feudali ad allodiam; & vicissim.*
- XLV. *Sicut nec regulariter in feudis locum habet reconventio.*
- XLVI. *Dominus directus potest commissam feloniam vasallo sine consensu agnatorum remittere.*
- XLVII. *Vasallus propter commissam feloniam non amittit feudum, nisi accedat sententia declaratoria.*
- XLVIII. *Ultra tamen feudi privationem à Domino directo multari nequit.*
- XLIX. *Principi jus aggratiandi rectè conceditur in delictis, quibus in lege veteris testamenti poena capitalis est praefixa, v g. in homicidio.*
- L. *Cadis in confinibus diversorum territoriorum commissæ quis Judex competens sit delicti, petenti respondebitur.*

O. A. M. D. D. V. M. E. S. J. N. H. E. G.

